

Dñica quinta post trinita.

dicat. utinam dirigantur viæ mee ad custodiendas
iustificationes tuas. ipsis congruit etiam dei ver-
bum audire. quia habet vim defensionis et con-
fortationis. quia perfecti indigent in bono per-
fite defendi et confortari. Primo enim habet vir-
tutem defensionis. est enim quasi gladius animæ
secundum apostolum ad Eph. vi. Sumite scutum fidei et gla-
dium spiritus. id est quod est verbum dei. per hoc enim quasi
per gladium quis a se fugat hostem. Nam salua-
tor cum temptaretur a diabolo huiusmodi gla-
dio usus est verba sacre scripture obijciendo di-
cens. Scriptum est enim. Non in solo pane vi-
uit homo etc. Matth. iiii. Et ideo dicit Bernardus.
Accipito gladium spiritus quod est verbum dei et in
eo facile triumphabis. Secundo etiam habet virtu-
tem confortationis et refectivam. quia reficit ani-
mam. Unde Gregorius. Plus est pabulo verbo dei vi-
cturam in perpetuum animam reficere quam ventres
mortality carnis terreno cibo satiare. Item per
fectis congruit audire verbum dei ut amplius per-
ficiant. Nam verbum dei quo ad perfectos tri-
plicem habet virtutem. Primo habet vim sur-
sum tractivam. quia mentem ab affectu terreno-
rum sursum trahit ad amorem supernorum. unde
sponsa Cant. i. Cum dixisset. oleum effusum nomen
tuum. nomen sponsi ut oleum effusum est verbum
dei menti dulciter infusus. subdit. Trabe me per-
te etc. de hoc ps. xxviii. Vox domini preparan-
tis ceruos. Ceruus saltat et ad fontem aque sitit
per quem intelligitur deuota anima. que saltat
elevanto se a sordibus et vepribus terrenorum
et sitit desiderio celestium gaudiorum. Et signa-
ter dicit preparantis ceruos. quia vox domini.
id est. verbum dei animam sitibundam ad hunc
saltum disponit et preparat. Talis ceruus fuit
apostolus qui dicebat ad Phil. i. Cupio dissolu-
ui et esse cum christo. Et similiter Augustinus. in li. me.
Felix inquit anima que terreno dissoluto corpore
libere celum petit. Quando videbo deum meum
quem sitit anima mea quando videbo eum in terra vi-
uentium. videri enim non potest a mortalibus oculis.
quid faciam miser ego gravi compede mor-
talitatis mee affligus. quis dabit mihi pennas
sicut columbe et volabo et requiescam nihil mi-
hi dulce quam cum domino meo esse. Secundo ver-
bum dei quantum ad perfectos habet vim pene-
trativam. quia penetrat mentem usque ad diuissi-
onem anime et spiritus. Iuxta illud hebr. iiii. Vi-
uus est finis dei et penetrabilior omni gladio an-
cipite et percutiens usque ad diuisionem anime et spiritus.
Quia Augustinus. in li. de spiritu et anima. declarat
quod hec diuisio fiat. In hac inquit diuisione ani-
me et quod animale in imo remanet. Spiritus autem
et quod spirituale est ad summa euolat ab infimis di-
uiditur et ad summa eleuatur. ab anima scinditur et

deo iungatur quomodo qui adheret deo vnus spiritus efficitur cum illo. **i. Ro. vi.** felix diu-
sio mirabilis sepacio vbi qđ corpulentū est ⁊ fe-
culentum deorsum remanet ⁊ qđ spūale ⁊ subti-
le vsq; ad speculationem diuine maiestatis sub-
limatur. **T**ertio habet vim illuminatiuā. Quan-
do enī mens fuerit sursum tracta ⁊ spūs diuinus
aīa. tunc spūs ne in nubilo. p̄prij luminis erret ī-
diget illuminari lumine altiori qđ sit p̄ v̄bū dei
quo lumine illustratus dixit. p̄pheta. **D**ecula-
tio sermonū tuorū illuminat. **cxviii. Et ps. xviij.**
Preceptū dñi lucidum illuminat oculos.

De eadem dñica, Sermo. iiii.

Laxate retia
vestra in capturā, et rēdēs siman
dixit illi. p̄ceptor per totam no-
ctem laborantes nihil cepim⁹. in verbo aut tuo
laxabo rete. **Auē.** vbi. s. **Aristo** li. xij. animaliu.
Delphines sunt pisces marini ad instar porcorū. **Ad**
dispositi qui voces hominū sequuntur et ad vo-
cem symphonie congregatim cōueniunt. quia in
armonia delectantur. habēt etiam quandā ami-
citiam ad homines nec timent eos imo sepe eis
obuiant et circa nauim natant. **Ideo** refert **Al-**
bertus li. xij. de animalibus. de quodam pue-
ro qui sepe iuit ad litus maris et dum comede-
ret panem venit **Delphinus** cui puer sepe proie-
cit panes et **Delphin** incepit diligere puerum
intim quocunq; puer ibat in litore eum sequeba-
tur. et quasi alios paruulos prouocauit ad pue-
rum. et sepius venerunt q̄ prius de mari ad li-
tus et expectabant puerum. **Contingebat** quo-
dam sero q̄ puer volebat ire domuz et **Delphin**
sequebatur eum et tantum amorem concepit in
puerum. q̄ puer ascendebat **Delphinum** et por-
tabat secum ad mare puerum. **Sed** mox repo-
tabat eum ad litus et mansit cum puero q̄ tan-
dem captus est. ex hoc patet amor quem habēt
ad homines. **Moraliter** per hos pisces videli-
cet **Delphines** significantur boni et deuoti ho-
mines qui voces predicatorum sequuntur. in
dulcedine verbi dei delectantur et ad ipsum au-
diendum conueniunt. quia qui ex deo est verba
dei audit. **Joh. viij.** **Qualis** fuit **Dauid** qui ait.
p̄s. cxiij. Quam dulcia fauibus meis eloquia
tua super mel ori meo. Et sicut isti boni homi-
nes libenter audiunt verba dei. **Sic** etiam ami-
citiam proximī iuxta exhortationē apostoli **Pe-**
tri in epistola hodierna. j. **Pe. iij.** Omnes vna-
nimes fraternitatis amatores. Natant etiā cir-
ca nauē penitentie q̄ ē scōda tabula p̄ naufragiū
vt habet de pe. di. j. c. ij. **Secunda** dicit p̄ nau-

fragm̄ tabula est culpā simplr p̄teriri. Sup hāc nauem currunt de virtute in virtutem. de vno opere in aliud. Quia dicit Beda in omel. Nos cum omni studio contendere debemus in bonis semper operibus. aliis alium precedere cū omni humilitate sicut boni serui in charitate non ficta. in verbis veritatis. in virtutibus sanctis. in innocentia. in continentia. in castitate. in ieiunijs. in vigilijs. in orationibus. et ceteris virtutibus. vt nobis dici possit illud. Punt de virtute in virtutem sancti et electi dei. hec Beda. Et talibus iubet christus predicare. quia facilliter a piscatoribus verbi dei capiuntur. Ideo dicit. **Arate retia vestra in capturam.** In presenti euangelio quattuor principaliter describuntur primo verbi dei virtualis efficacia. secundo p̄dicatozū doctrinalis scientia. tertio auditozū filialis obedientia. quarto malozū damnales astutia. In eo q̄ turbe irruerunt vt audirent v̄bū dei describit v̄bi dei v̄tualis efficacia. Vbi nota. beatus **Aug.** .i. q. j. c. Interrogo. declarat q̄ verbum dei non est minoris efficacie q̄ sacramentum eucharistie dicens. Interrogo vos fratres et sorores dicite mihi quid vobis plus esse videt. corp⁹ christi. an v̄bū dei. q. d. qd̄ horū ē maioris efficacie quo ad salutē. p̄dicatio q̄ plures p̄uertit. et pl⁹ facit cōpungi hoīes. Et ibidit. Si vultis verū r̄ndere hoc dicere debetis q̄ nō sit min⁹ v̄bū dei. i. nō min⁹ p̄dest q̄ corp⁹ christi. Et ideo quāta sollicitudine obfuiam⁹ q̄ nō bis corp⁹ xp̄i ministrat vt nihil de manib⁹ n̄ris in terrā cadat. Tāta sollicitudine obfuiam⁹ ne verbū dei qd̄ erogatur nobis dum aliud aut cogitamus aut loquimur de corde puro pereat qz non minus reus erit qui verbum dei negligēter audierit q̄ ille qui sua negligentia corp⁹ christi in terrā cadere p̄mittit. Et dicit archidiacon⁹ in rosario sup codē verbo. Non enī min⁹ p̄dest p̄dicatio q̄ corp⁹ christi. de p̄se. di. j. Quādo autem. Quia per predicationem dimittunt mortalia. per corpus christi autem solum venialia. de conse. dist. ij. c. Iteratur. Et ita videt pl⁹ p̄desse. Et ponit archidiacon⁹. Guido in rosario. ix. efficacias v̄bi dei. Versus. Conterit et frangit liquefit fert viuificatqz. vulnerat et sanat ebibit illuminatqz. Primo ergo verbum dei conterit p̄doloze qui interdum fit q̄ predicatorē predicante populus attendens exprobrationem peccatozū suozū in corde conteritur per doloze. et hunc doloze ostendit etia p̄ lachrymarum emissionem. Sicut figuratum est **Judic.** .ij. vbi legit q̄ angelus dñi descendit de galgalis ad locum flentium et ait ad filios israel. Eduxi vos de egypto et introduxi vos in terrā pro

qua iuravi patribus vestris et pollicitus sum vt non irritum facerē pactum meū quod pepigi vobiscum in sempiternum. ita dūtaxat vt nō feriretis fedus cū habitatozib⁹ terre hui⁹ et aras eozum subuerteretis et nolistis audire vocē meā. cur hoc fecistis? quāobzē nolui eos delere a facie vestra vt eos habeatis hostes. et dij eoz sint vobis in ruīnam. Quqz loqueretur angelus dñi verba hec ad omnes filios israel. eleuauerunt vocem suam et fleuerunt et vocatum est nomen loci illius locus flentium siue lachrymarum. imolauerūtqz hostias domino. Ecce quomodo ad predicationem angeli filij israel contriti sunt per doloze. Sed qui per angelum designant predicatorē et sacerdotes. q̄ sepe in sacra scriptura angeli nominantur. **Malach.** .ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem ex ore eius requirunt quia angelus domini exercitūū est. **Et. j. Corinth.** .vj. Mulier debet habere velamen propter angelos. id est. propter verecundiam sacerdotum. Cum igitur isti angeli annunciant populo dei. qui vident deum clari⁹ q̄ in fideles per fidem multotiens compungunt corde et i lachrymas resoluuntur. audiētes peccata sua. vt sic cor contritum et humiliatum deus non despiciet. **p̄s. l.** Secundo verbum dei frangit corda nostra per timorem. figura **Jone.** .ij. vbi legitur. q̄ dominus precepit Jone vt iret ad Ninuen ciuitatem magnam. ibiqz predicaret populo verbum dei. Quod et fecit dicens. **Adhuc quadraginta dies et Ninue subuertetur** Et populus timuit et credidit verbis eius et penituerunt et se saccis a maiore vsqz ad minorem induerunt et ieiunium indixerunt. Jonas interpretatur qui donatus est a deo. et significat quēlibet predicatorē qui donari debet populo et mitti a deo. hic cum predicat populo penas futuras quas ppter peccata patientur statim timore franguntur et incipiunt penitere qui i peccatis diutius iacere. quia dicit dñs per **Piere.** .xxij. Nonne verba mea quasi ignis ardēs et quasi malleus petram. id est. durū peccatozē pterens cui⁹ cor induratum est quasi lapis. **Job.** .xli. Tercio verbū dei liquefacit p̄ anozē. sicut patz de **Maria magdalena.** de q̄ canit. Liquefecit in lamentū v̄bū missuz celit⁹. ita **Jan. v. dñ.** aia mea liquefacta ē vt dilect⁹ locut⁹ est. ideo etia dicit **p̄s. xxi.** factū ē cor meū tanq̄ cera liquefens. Et dicit Archidiacon⁹ q̄ istos tres effectus habet p̄tra cordis duriciā. Quarto aia trahitur suz p̄ desiderū. de hoc. s. ser. p̄cedente. **xli. B.** Quinto verbū dei viuificat. In illud **Prouer.** .iij. Custodi verba mea et viues. scz spūaliter in aia. Et **Joh. viij.** Qui sermonē meum fuauerit

Dñica quinta post trinita.

mortem scilicet spirituales et eternalem non gustabit. **I**deo dicit **Bern.** sup illo vbo **Joh. v.** venit hora quando in monumentis sunt. i. in pectus mortui audiet vocem filij dei et qui audierint vivet. **S**i inquit mortuus fueris in peccatis viues si vocem filij dei audieris. **S**exto vulnerat aliquando vulnere timoris. aliquando vulnere amoris. p. primum ut resipiscat a malo. p. secundum ut operetur bonum. **E**t iste gladius penetrabilior est omni gladio anticipite in quo triumphat qui ipsum accipit. **I**deo dicit **Bern.** Accipe gladium spiritus quod est verbum dei et facile triumphabis in eo. **S**eptimo sanat. **I**uxta illud **Sap. xviij.** Omnipotens sermo tuus sanat animam. **E**t **Sap. xvi.** Sermo tuus domine sanat animam. **I**deo dicit **ps. cxj.** Misit verbum suum et sanavit eos. **O**ctavo verbum dei exhibet delectationes huius mundi. ut homo has non curat. sed in eo delectetur. sicut **David** qui ait. **M**emor fui dei et delectatus sum. **ps. lxxvi.** Non illuminat. quia facit hominem peccata sua cognoscere. **I**deo dicit **Greg.** xliij. di. c. Si rector. **Q**uoniam aptationis est sermo correctionis vel interrogationis. **Q**uantum ad secundum ponitur in presenti evangelio predicatorum doctrinalis scientia cum dicitur. laxate retia vestra in capturam. **U**bi nota per retia significatur sacra scriptura que figurata est. **iii. Reg. vij.** ubi legitur quod **Salomon** accepit hyram de thyro qui edificavit in templo duas columnas et superduxit eas capitellis ad modum retis et cathedrarum. due columnae duo testamenta sunt vetus et novum quibus innitatur domus domini. retia siue cathene sunt sententiae sermones et auctoritates. hoc rete laxare debet. id est extendi ad capiendos pisces totales scilicet homines de quibus **Abachuc. j.** facies hominis quasi pisces maris. **N**am sicut piscis in mari natatur. sic homo in mundo diuagatur. **S**ed est notandum quod piscator qui vult pisces capere necesse debet rete habere alias videtur inuani laborare. **S**ic predicator qui est spiritualis piscator hominum rationalium debet habere retia scientie et sacre scripture principaliter. **N**am sicut piscator non habens retia non potest capere pisces. **S**ic qui scientiam non habet aut sacram scripturam quomodo capiet homines predicando ac etiam confessiones audiendo? quia in confessione ita bene informandi sunt homines sicut in predicatione et quia nihil dat quod non habet. ut extra de solu. c. **O**rdardus. **Q**uomodo ergo alium docebit cum ipse quod doceat non didicit? **T**ales enim qui ignari sunt alios non conuertunt. sed magis peruertunt et in errorem inducunt audientes. eo quod lumen scientie non habent. de quibus dicit apostolus. **j. Timo. j.** Volentes esse legisdoctores

non intelligentes neque que loquuntur neque que affirmant. **O**portet ergo primo predicatorum et confessorum sapientes fieri. et sic postea alios facere sapientes. ne cecus cecum ducendo ambo in foueam erroris et eterne damnationis cadant. **Lu. vij.** **I**deo dicit **Greg.** in pastora. li. j. Nulla ars doceri presumatur nisi prius intenta meditatio ne discatur. **Q**uia dicit **Silbert.** **A**ridiculosa imo periculosa res est speculator cecus. cursor claudus. preco mutus. et doctor iscius. **E**t sunt nonnulli qui habent retia doctrinalis scientie et tamen nolunt ea predicando ad capturam piscium videlicet hominum laxare. **E**t de quolibet tali dicit apostolus ad **Romanos. j.** Reuelabitur ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam eorum hominum qui veritatem dei in iniusticia detinent. **E**t **Richardus de sancto victore.** **P**rofectum proximi retines donis si scientia et eloquentia ornatus es. et hoc quod posses prodesse multis in utili atque damnabili silentio retines atque ligas. **I**tem sunt nonnulli qui habent retia scientie et alios predicando docent et hi magnam gratiam scientie a deo accipient. **Q**uia dicit beatus **Gregorius** in omelia duodecima super **ps. lxxx.** **A**peri os tuum et implebo illud. **T**anto largius doctrine gratiam a deo accipit. quanto se labore predicationis amplius ad proximos ostendit. **N**am vnde in alienis cordibus tenebras ignorantie illuminat ministerio sue locutionis. inde eum superna gratia in aliorum intelligentia exaltat. **I**deo dicit dominus talibus. **L**axate retia vestra in capturam. **S**ed nota quod predicatorum in primitiua ecclesia fuerunt piscatores. quia extendentes aut laxantes retia predicationis in capturam vno tractu ceperant piscium multitudinem. **S**icut beatus **Petrus** qui vno die cepit circiter tria milia hominum. et alio die quingenta milia. ut patet **Actuum. ij.** **P**redicatorum autem moderni verius dicuntur venatores. **S**icut enim venator cum magnis clamoribus vix vel etiam nullam feram in vna venatione aut pluribus capit. sic predicator quilibet cum longis predicationibus vix interdum vnam animam vel nullam venatur. **Q**uantum ad quartum omisso tertio ponitur malorum damnabilis astucia. quia se per verbum predicatoris capi non permittunt. **U**bi nota. dicit **Isach** et magister libro. xliij. proprietatum. et **Philologus** de ceto. **E**t inquit in mari belua que de faucibus suis respirat aquam et vapore odorifero tanquam florum vel herbarum odoriferarum. pisces vero sentientes odorem sequuntur ipsum. et intrant fauces eius post odorem qui eos deglutit ab ipsis cibatur. **I**tem **Isach** scribit de

alibi qui dicunt fastides in quorum ore aqua dul-
cescit hausta quam pisces iuniores sentientes se-
quentes intrant in ora ipsorum quos subito di-
glutiant et consumunt. sic quod tales pisces ad re-
tia piscatorum non accedunt. **D**ystice per ce-
tum intellige diabolum. Nam et **Job. xli.** Com-
parat cetum ad diabolum cum dicit. Non est po-
testas super terram que competei ei qui factus est
ut nullum timeat. Ita belua diabolus est in ma-
ri huius mundi. propter quod dicitur **Apo. xij.**
De terre et mari quia descendit diabolus ad vos
habens iram magnam sciens quia modicum tem-
pus habet. **S**ed quid facit? Expirat enim de fau-
cibus aquam videlicet voluptatis cum odore
suauitatis. Facit enim quod voluptas huius mundi
suavis videatur hominibus. quia hec est vox sua
Sap. ij. Venite fruamur bonis et vitamur crea-
tura tanquam in iuuentute celeriter. non sit aliquod
pratum quod non pertranseat luxuria nostra.
Et mediante illa suavi voce multos attrahit pi-
sces humanos qui sentientes odorem suauita-
tis qui est in voluptate sequuntur ipsum quos
ipse finaliter deglutit. Sicut dicit **Job. xli.** In
medium oris eius quis intrabit quasi diceret.
Omnis homo qui sequitur instinctum eius ad
voluptatem. Sicut Maria magdalena de qua
canitur. Armilla perforata est leuiathan maxil-
la per cuius foramen subtracta es o Maria. **S**ed
moraliter per pisces qui dicuntur fastides intel-
liguntur alij maliciosi homines qui verbis suauibus
trahunt dominicos diebus. et festiuis homines
simplices de ecclesiis et predicationibus dicentes
Sap. ij. Venite vino precioso nos impleamus.
Et **Esa. xxij.** Comedamus et bibamus cras enim
moriemur. quasi diceret. non est vita alia futu-
ra. ergo non moriamur sine felicitate presentis vite
et sic pauci respectu malorum veniunt ad predi-
cationes quam non possunt capi rete sacre scripture. Ideo
dicit **Sapientia Proverb. j.** Fili mi si te lactauerit
peccatores ne acquiescas eis. veni nobiscum in
fidemur sanguini. sed abscondemus tendiculas con-
tra infontem frustra. deglutiamus eum sicut in
fernas viuentem omnem preciosam substantiam
reperiemus impleamus domus nostras spoliis
sortem mitte nobiscum. marsupium sit vni om-
nium nostrum. fili mi ne ambules cum eis. Prohi-
be pedem tuum a semitis eorum. pedes enim ad ma-
lum currunt et festinant ut effundant sanguinem.
Est tamen notandum quod quattuor sunt genera hominum
qui se rete sacre scripture capi non permittunt. Pri-
mi sunt potentes et hi figurantur per magnos pi-
sces qui potentia rumpunt rete et exeunt et capi
non possunt. quia potentes licet intrent rete frumorum
cum tamen audiunt tangi vitia eorum rumpunt rete et
iracundi exeunt et malum predicatoribus machi-

nantur. Sicut patet de Hircaco rege in legenda
sancti Matthei apostoli qui cum argueretur de
presumptuositate quod vellet epigeniam sponsam chris-
ti habere in uxorem ira infans abscessit immisso
spiculatore. egregium doctorem ante altare stan-
tem et orantem interfecit. Quod iste habuit et ad-
huc habet infectores qui cum placita audiunt
diligunt predicatorum. Cum vero vitia ipsorum
arguantur eis detrahunt et obloquuntur. Sed
tamen predictus rex impunitus non permansit
quia leprosus effectus cum se curari non sensit
propria se manu interimit. Et vere nec sequaces
penas euadent. cum scriptum sit. potentes po-
tenter tormenta patientur. **Sap. vi.** Ideo bonum
esset ut se rete sacre scripture capere permitte-
rent ut eterna tormenta euaderent. Sed timen-
dum est quod pauci potentes mundi et nobiles rete
sacre scripture et predicationis capiantur. quia
paucos nobiles legimus christum acquisiuisse re-
te predicationis nisi Paulum qui dicitur fuisse
nobilis Romanus et beatum Bartholomeum
Ideo dicit beatus Hieronymus. Sicut scribit
beatus Eusebius ad Dammasum portensem epi-
scopum. duodecim fatemur christum apostolos
elegisse quorum omnium solum Bartholome-
us origine fuit nobilis. Mattheus diuitijs an-
tequam apostolatam reciperet insisteret. Ceteri ve-
ro erant pauperrimi piscatores. Cur hoc retu-
li audiat. Si quod christus verax est. et si omnia
que ex ore eius audimus mendacia non sunt. hu-
iusmodi hominum vix vnus aptus regno dei
reperitur ex mille. quasi diceret. quia secreti pre-
dicationis capere non permittunt nec ad men-
sam domini apti sunt et existunt. **S**ecun-
di sunt sapientes. multi enim ex quadam astutia
diabolica vitant intrare rete predicationis. de
quibus **Roma. j.** Putantes se esse sapientes stul-
ti facti sunt. Stulti quidam quia salutis sue ver-
ba in predicatione percipere rennuunt nec audi-
re aduertunt. Similes piscibus astutis qui ca-
uent se a retibus et hamis ut sunt calumpi vul-
gariter Arpen. qui figunt caput in limum et cau-
dam in altum erigunt. et sic rete euadunt. Sic
et isti adeo figunt capita multarum suggestionum
in auaricie limum ut ad rete non veniant predi-
cationis. et hoc faciunt ex quadam mundana sa-
pientia. de qua prime **Corinth. iij.** Sapientia
huius mundi stulticia est apud deum. Tales
enim sapientes sunt ut faciant mala. bene au-
tem facere nesciunt quia non didicerunt. quibus
dicitur **Esa. v.** Ne qui sapientes estis in oculis
vestris et coram vobismetipsis prudentes.
Et vere eis ve erit. Quia dicitur **Job. v.** Appre-
hendet sapientes in astucia eorum licet modo
non permittunt se capere tamen in morte velint

Dñica sexta post trinita.

nolint capiuntur a deo a diabolo et a peccato
De enim eos capiet et diabolo tradet et diabo-
lus ipsos carcere infernali includet. Peccatum
vero sic inclusos alligabit et inuoluet q̄ nunq̄
inde exhibunt. ideo salutarē doctrinā dat unicui
q̄ tali dñs **Matth. v.** Iste p̄sentiens aduersa-
rio tuo. i. diuino sermoni qui aduersatur multū
peccatoribus dum es in via. s. merendi cum eo
ne forte tradet te iudici. i. chusto et christus tra-
det te ministro. i. diabolo et in carcerem mitteri
Amen dico tibi nō exies donec inde reddes no-
uissimum quadrantez. id est. donec saluas penā
non tñ. p̄ peccatis magnis. sed etiam puis. et qz
hoc facere non poteris. quia in inferno nulla ē
T redemptio. ideo nunq̄ exhibis. **Tertij** sunt lubri-
ci et incontīnētes similes anguillis que latitant
in limo profundo que capi nō possunt nisi facto
magno tonitruo quo facto p̄mo exeunt. **Et** qz
a piscatoribus capiuntur vt dicunt naturales.
Sic et quidam incontīnētes capi non possunt
qui in luto luxurie latitant. et si interdum capiū-
tur ad horam tamen ad instar anguillarū de ma-
nu capientium lubricant. sicut dicitur de ipsis.
Thren. iij. Lubricauerunt vestigia quia ex vno
peccato in aliud cadunt. Sicut testatur **Greg.**
xxx. moral. Peccatum quod non per penitenti-
am diluitur mox in aliud trahit. Si tamen sit to-
nitruus diuine comminationis et predicationis
videlicet fornicatores et adulteros iudicabit do-
minus. ad **Heb. xij.** Tunc interdum exierūt de
limo peccati et luxurie et capiuntur rete predi-
cationis. Sicut patet de **Maria magdalena.**
Quarti sunt parui et timentes similes piscibus
U minimis qui exiliunt de foraminibus retis. Si-
cut quidam pusillanīmes non intrant sermōes
et si intrauerint et ibidē aliq̄ ardua que pro pec-
catis facere debent audierint quasi parui et pu-
silli timentes op̄s penitentie aggredi exiliunt
rete predicationis. Contra quos dicit **Chrys.**
super **Matth.** Tria sunt genera personarum q̄
propter aduersa non timēt agere opera sua bo-
na. scilicet agricola miles et negociator. Non
debent ergo serui dei timere contraria cum sint
milites dei. Juxta illud. **ij. Timo. ij.** Labora si-
cut bonus miles Jesu christi. Nec debent ope-
ra bona timere seminare cum sint agricole dei.
Quia dicitur **Eclesiastes. xj.** Qui obseruat vē-
tum scilicet aduersitatis non seminat scilicet bo-
na opera. Nec debent timere talentum. id est.
gratiam sibi datam ad lucrandas animas im-
pendere. Sed pro eis se exponere debent cum
sint negociatores. **Luc. xix.** Negociamini dum
venio.

Dominica sexta post trinita-

tis **Sermo primus.**

Nouitate

vite ambulemus. ad **Ro. vi.** ex-
perientia docet q̄ nullus babi-
tat libenter in domo illa que est imunda penuri-
osa ruinoso tenebrosa sumptuosa angusta obli-
gata et piculosa. Sed ecōtra i domo lucida abū-
danti noua. et sic de alijs. **Moraliter** consciētia
hominis peccatis grauata est domus immun-
da. Juxta illud **Esa. lxiiij.** Peccauimus et facti
sumus immundi. Quia dicit **Hugo li. iij.** de ar-
ca **Noe** quādiu homo ordinem sue nature tenu-
it iustus et innocens fuit. et quāuis exterius per
actionem variaretur intus tamen per intentio-
nem et amorem stabilis permansit. quia vnum
intendebat et propter vnū omnia faciebat. vñ
diligebat et omnium voluntatum atqz actionū
suarum finem ad vnum referebat creatorem q̄
solus sufficebat. **Et** ratio est quia **Adam** anteq̄
peccauit et a iusticia cecidit charitatē habuit si-
ne qua iustus et inocens eē nō potuit. vt dicit **Aug-**
ustin. et ponit de pe. di. ij. c. Nemo pōt. s. si
sine charitate. Sed statim sicut **Adam** a deo se
auertit charitatem p̄didit et malus inuentus est
et immundus. vt dicit **Aug.** ibidez sicut et nunc
qui iniusticia et innocentia viuunt omnes opati-
ones suas in deum dirigunt in rectitudine et no-
uitate vire ambulant et non in vetustate. vt sua-
dent verba apostoli in themate allegato. Sed
quāmcito se a deo auertunt in vetustatem pec-
cati cadunt. Ideo domus conscientie merito di-
citur immunda. Item est penuriosa quia pecca-
tum depauperat hominem expellendo gratiam
mediante qua diues esset. Ideo dicit **Hiere. v.**
Peccata vestra prohibuerunt bona a vobis.
Tertio est ruinoso. quia debilitat animam vul-
nerando vt cito ruat de peccato in culpā. Ideo
dixit dominus **Proverb. viij.** Qui peccat in me
ledit animam suam. Quarto domus conscien-
tie per peccatum est tenebrosa. quia peccatum
obcecat obnubilando rationem. Juxta illd **So-**
pho. j. Ambulauerunt vt ceci. quia domino pec-
cauerunt. Quinto est sumptuosa. quia con-
sumit gloriā subtrahendo. Juxta illud **Esa.**
xxvj. In terra sanctorū iniqua gessit non vide-
bit gloriā domini. Sexto domus p̄sciētie p̄ pec-
catū fit angusta qz coartat redeūdi facultatem
Quia dicit **p̄s. lxxvij.** Nō ē spūs vadens. s. libere
in pctm et nō rediēs de perse a pctō. qz peccata
nra sup nos sunt **Ezech. xxij.** Septimo ē obli-
gata qz obligat ad gehennā. ad **Ro. vi.** Stipen-
dium peccati mors. Octauo ē periculosa. quia
periclitat ducendo in consuetudinem. Juxta